



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 17. Sigismundus Imperator Pragam ingressus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

quinta die Septembri regia sua ma- Sæcul. XV.  
nu firmaverat, heroicum magnanimita- A. C. 1436.  
tis suæ specimen dedit, dum vocatis ad  
se Bohemorum Principibus, eo quod No-  
biles, ceterique regni accolæ multas ca-  
lamitates ab Hussitarum exercitu perpe-  
si essent, liberali manu inter eos sexagin-  
ta millia Imperialium distribuit, illisque,  
quorum greges penitus destructi erant,  
ex Hungaria pecudes adduci jussit.

## §. XVII.

*Sigismundus Imperator Pragam in-  
gressus.*

Compositis itaque hisce diffidiis intesti-  
nis, ac Religionis bello feliciter ex-  
tincto, quo solidos viginti duos annos  
totum Bohemiae regnum, eique adjacen-  
tes Provinciæ, necnon nobiliores Septen-  
trionis regiones misere devastatæ fuere,  
tandem redditâ pace Imperator Sigis-  
mundus vere regali magnificentia ac sum-  
mo applausu Pragam ingreditur mense  
Septembri, eadem omnino die, ut testan-  
tur Historici, qua paulo ante ab ipsis Bo-  
hemis exauctoratus fuerat, qui non sine  
atrocissima calumnia, illum ex adulterio  
natum Antichristi Filium, sacrilegum, &  
publicæ quietis perturbatorem proclama-  
bant. Sigismundus infidens throno, qui  
in foro civitatis erectus erat, jurata om-

Q 2

nium

**Sacul. XV.**  
A. C. 1436.

nium Regni statuum obsequia exceptit. Sub primis imperii sui auspiciis non derant, qui eum in sedandis Bohemorum tumultibus nimis segnem communi pene consensu criminabantur, progressu tamen temporis omnes inter se certabant, ut Cæsari digna meritis elogia adscriberent non sine invidia aliorum, qui Sigismundum ignaviæ insimulabant: nonnulli etiam immodicam in eo potiundi regno cupiditatem fugillabant, cui plurimorum, qui eidem adhærentes bonis suis exuti fuerant, salutem litasse dicitur. Curia Romana, quæ semper a prædiorum Ecclesiasticorum æstimatione abhorret, conventionis legibus sese opposuit (\*). Equidem

(\*) *Hæc plane minus concordant diuisi §.XV., ubi inter ceteras passiones statutum legitur, quod de disponendo Ecclesiarum Bohemicarum regimine summo Pontifici facultas relicta fuerit, & ipse Eugenius Sigismundo Rosam auream latitiae suæ indicem miserit, ut testatur Æneas Sylvius & alii, quod vero prædia jure pignoris occupata usque ad redemptionis tempus possessori bus relinquenda concesserit, qua alia via, prædiis semel ex necessitate oppignoratis, pecunias subministrantibus cautum esse poterat? Multa calamitoso illo tempore piissimus Imperator n.cessitate magis quam voluntate admittere coactus*

eji.

dem Pontifex Sigismundo in signum lœ*Sæcul. XV.*  
titiae, qua ob tam prosperos successus ani-*A. C. 1436.*  
mus ejus abundabat, rosam auream mi-  
serat; Rochisanæ tamen nominationem  
ad Pragensem præsulatum Apostolico suo  
diplomate confirmare recusavit, qua re-  
pulsa vix non concordia recens nata qua-  
si in ortu suo extincta fuisset, nisi Depu-  
tatorum Synodi prudentia de opportuno  
remedio providisset (\*).

Q 3

§. XVIII.

est. *Plura quoque subreptitie, ut alius antiquus*  
*auctior testatur & per nimiam importunitatem*  
*extorta fuere, alia vero, quæ a quibusdam Sigis-  
mundi æmulis ei criminis dantur, formulæ pa-  
dionum, quas Cochlaeus ex vetusto Codice reci-  
tat, nequaquam inserta reperiuntur.*

(\*) *Intempestive Basileensium gloria hoc lo-  
co intruditur, & in fidia Pontificis repulsa velut*  
*aqua in pumice queritur quædam Eugenii cune*  
*Sigismundo simultas, cum tamen, Æneas Sylvio*  
*teste, Rochisanam Imperator ipsem hortatus sit,*  
*ut Romanæ Ecclesiæ se subjiceret, sicque posse*  
*Pontificatum committi, superbienti autem de*  
*ascensu desperandum esse, quin vel consecra-  
tus episcopus ejici deberet. Opportuniorent*  
*locum, si ea enarrare voluisset Continuator, oc-  
cupassent Sigismundi in Ecclesiam merita, ex*  
*eodem enim Sylvio discere potuisset, Imperoris*  
*opera restitutos fuisse & Cathedralis Ecclesiæ*

Canor-